MARIA DEIPARA SEMPER VIRGO

VIDELICET

ET CORPORE ET ANIMA

SEMPER INCORRVPTA

POTISSIMUM

IN SVA CONCEPTIONE

IMMACULATA

Ex Sacra Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ; ex Theologicis, Juridicis, & alijs rationibus:

SIGILLATIM

Ex Titulis ejusdem Beatissimæ Virginis

DEI MATRIS

Rhytmicè demonstrata

Per M. A. H. A. C. C. O. S. O. C.

ANNO QUO

LeopoLDVs IMperator AVgVstVs AVstrIæ gLorIa, CetIs In pannonIa opponIt sIgna.

Typis Monasterij B. M. de Oliva S. O. Cisterciensis

Reimpressum Anno DEI Hominis ex MARIA Virgine nati 1695.

S. Chrysost. Tom. 5. Orat. 1. in Annunt. B. V.

Missus est incorporeus servus ad Intaminatam Virginem; *Missus immunis à peccato ad eam, quæ* corruptionis omnis expers *erat.*

S. Ambros. lib. de Virgin.

Virgo *erat non solùm* corpore *sed etiam* mente.

S. Hieron. Epist. de Assumpt.

Ideò Immaculata, *quia* in nullo corrupta.

S. Fulgent. serm. de duplici Christi natura.

In primi hominis conjuge, nequitia Diaboli seductam depravavit mentem. In secundi Hominis Matre, Gratia DEI & Mentem *servavit integram &* Carnem.

S. Bonaventura in 3. d. 3.

Congruum fuit, ut Mater Filij DEI sic esset Immaculata Mente *sicut* Intemerata Carne.

S. Thomas de Villanova sermone 2. de Annuntiatione Beatissimæ Virginis.

MARIA tota *& undequaq;* Virgo. *Virgo* Carne, *Virgo &* Mente, *Virgo aspectu, Virgo contactu. Virgo cogitatu, Virgo affectu. Virgo sermone, Virgo opere. Virgo spiritu, Virgo sensu. Virgo plenissima, Virgo illibata. Intacta Corpore, Intacta mente, Intacta cogitatione.*

AUGUSTISSIMO MONARCHÆ
INVICTISSIMO ROMANORUM
IMPERATORI
LEOPOLDO I.

Domino, Domino ac Mœcenati
Clementissimo

SUprema toti9 Orbis Imperatrix nunquam Victa, semper Victrix se Tuis sistit obtutibus, Invictissime Orbis Christiani Imperator; & quæ Incorrupta semper Virgo, primo statim parati Ortûs sui instanti gloriosè triumphavit: ad primis sacri Martis Tui instantias, Tuæ Fidei planè semper Virgini nunquam corruptæ tuendæ gloriosos præsagit & præparat triumphos. Hæc est una, sola Justitiæ amicta Sole, constans & Lunæ inconstãtis & mortiferi draconis Conculcatrix; Unum Te solum, & Soliô Romani Imperij Serenissimum, & Sole Religionis protegendæ, Justitiæ servandæ splendidissimum, tàm Lunæ Ottomanicæ proterendæ, quàm Scythico Draconi propulsando sustentatura. Macte animo Augustissime Monarcha, nec angustos, sed amplissimos concipe spiritus. Vivit Leo de tribu Juda in hujus Augustæ immaculatè conceptæ Reginæ ulnis accumbens, per virtutem Cruci Te Leopoldum sub alis ejus Purissimæ Conceptionis recumbentem, Crucis, quâ etiam Hungaria Tua insignitur

ſignitur, patrocinio faciet Victorem. Vovet id Sacro-ſancta Mater Eccleſia; vovet gravi hoſtilitatis & diſſenſi-onum jugo oppreſſa Pannonia; vovet & vicina novè fœ-dere juncta Sarmatia; ex qua Plantis Tuis profundè ac-clinis minimũ quidem hoc, ampliùs tamen abinde Ma-gnæ Virginis ac Tuis augmentandum trophæis; Poten-ti Dexteræ Tuæ, profuſi cultûs ſui devovet argumenti.

AUGUSTISSIMÆ & INVICTISSIMÆ
MAJESTATIS TUÆ

Minimus Cliens, Servus, &

Exorator humillimus

F. Mich. Ant. Hacki Abb. Colbac. Coadju. Oli...
S. O. C.

Iconis Analyſis.

DEUS, qui Lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ, (1 *Joan.* 1.5.) qui eſt Pa-ter Luminum, apud quem nulla tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio (*Jac.* 1.17.) Matris ſuæ ſemper Virginis, Sole Juſtitiæ (*Malach.* 4. 2.) amictæ (*Apoc.* 12. 1.) duodecim Stellis coronatæ, nimirùm ſingulariter privilegiatæ, ſi-num incolens, à tenebris & umbra mortis [*Luc.* 1. 79.] eam protegens; tanquam Speculum ſinè macula (*Sap.* 7. 26.) Immaculatam (*Cant.* 5. 2.) ſervans: Lectam ut Sol (*Cant.* 6. 9.) abſq; tenebris, Pulchram ut Lunam plenam (*ibid.*) abſque mutatione & viciſſitudine ſibi præparavit. Hæc una eſt (*Cant.* 6. 8.) una Co-lumba ejus, ſinè felle peccati, à veneno & inſidijs Draconis (*Apoc.* 12. 4.) libera. Ipſa eſt Lunam (*Apoc.* 12. 1.) cornutam peccati calcans: Ipſa conterens caput ſer-pentis (*Gen.* 3. 15.) virtute Crucis interempti. (*Coloſſ.* 2. 14.) Et licet decretum ge-nerale feriat hominem: Morte morieris, (*Gen.* 2. 17.) privilegium tamen ſpeciale excipit ſemper Virginem omni exceptione majorem: Noli metuere (ſic Angel... Ne timeas Maria *Luc.* 1. 13.) non morieris; non enim pro Te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt (*Eſth.* c. 5. 13.) Manet proinde ſicut Lilium inter ſpi-nas, (*Cant.* 22.) & è ſpinis orta (*Gen.* 3. 18.) abſq; ſpinis Roſa, digito ſi... indigitans, quòd Digitus DEI ſit hic, (*Exod.* 8. 19.) & Virtus Altiſſimi obum-brans. (*Luc.* 1. 35.) Deniquè DEUS ab Auſtro veniens, (*Abac.* 3. 8.) & Regi... Auſtri (*Matth.* 2. 42.) comparens una Tæniâ Auſtriacâ, velut unica Chriſti-næ rectitudinis Regulâ objectâ, & adjectâ Parmâ Sarmaticâ pluſquàm Elladi... genimina viperarum conterente: Lunam Thracicam auſteram, truci ſtygio dra-coni ſubjectam, velut Beſtiam primam (*Apoc.* 13. 11.) Beſtiæ ſecundæ prodromam confringens adumbratur: utinam Felici Fau-ſto & Fortunato Auſpicio.

Lecto



LECTORI MARIOPHILO

CUm solius DEI sit, MARIAM pro dignitate laudare, (*S. Andreas* *et. Orat. de dormit. Deip.*) & sic præter DEUM nemo idoneus inve-tur; non debet tamen etiam quilibet peccator cessare à laudibus Vir-is Gloriosæ. (*S. Hieron. ser. de Assumpt.*) Mihi dictum credo: quan-n potes, tantum aude; quia major omni laude, nec laudare sufficis. (*Thom. Aquin.*) Prima & summa laus MARIÆ est, esse Matrem DEI qua natus est JESUS, qui vocatur Christus. (*Matth.* 1.16.) Hoc o-nem naturæ & creaturæ captum excedit. Huic accedit, non minùs omprehensum, esse Deiparam semper Virginem: qualis semper ab Ec-sia *in Hymn. & alibi* nominatur. Semper Virgo non fuisset, si pri- Conceptionis momento maculata, adeóque per peccatum corruptâ

fuisset. Et hinc origo Tituli. Res ipsa in materia ingens & inexplicabilis, in forma Rhytmi modica & exiliter explicata; nihilominùs propè diem majus à sententijs & auctoritatibus SS. Patrum in margine connotandis lumen habitura. Et quia quæcunq; in Scripturis, vel in creaturis sunt laudabilia, ejus sunt laudi convenientia, (*Hug. Vict. Inst. Monast. s. 34 to. 1.*) ea omnia in titulos redacta; ac, ubi licuit, Immaculatæ Conceptioni sunt appropriata. Quidquid demum in Sententijs Theologorum reperitur sublime de MARIA, hic congestum est. Nam quid majus Matre Domini? [*S. I. Damas. s. 3. in Nat.*] Excepto DEO sola est omnibus major. [*S. Andr. Cret. s. de Dorm. V.*] Ipsa est quâ majorem facere DEUS non posset. (*S. Bon. Spec. V. c.* 10.) Unde ô ter Sacrosancta Virgo, de qua qui omnia illustria & gloriosa dixerit, nunquam is quidem à veritatis scopo aberrabit, attamen dignitatis magnitudinem nulla unquam oratio exæquabit. (*S. Basil.* Or. 39.) Siquidem nil tibi Domina æquale, nil comparabile. Omne quod est, aut supra Te est, aut infra Te est. Supra TE solus DEUS, infra Te omne quod DEUS non est. [*S. Ansel. l. de Conc. V.*] Igitur seponendus est humanus sensus, ubi totum quod dicitur est Divinum.

[*S. Petrus Chrysol. s.* 146.]

Facultas Perillustris ac Reverendissimi Domini Vicarij & Commissarij Generalis Sac. Ord. Cisterciensis per Regnum Poloniarum, Prussiam & Lithvaniam

R*Hythmos de Immaculata Conceptione B. V. MARIÆ sub titulo:* MARIA DEIpara semper Virgo, *à Reverendissimo D. Michaële Antonio Hacki, Abbate Obacensi, Coadjutore Olivensi S. O. Cistercien. Sac. Reg. Maiest. Poloniarum Secretario & Eleemosynario conscriptos: Cum aliquot è nostris Theologis examinaverint, & dignos luce censuerint: potestate meâ Vicariali à Capitulo Generali mihi datâ, ut in publicum prælum prodeant concedo. In Monast. meo Landensi, Die 19. Januarii* 1693

Joannes de Rokszyce Zapolski, Abbas Landensis, Vicarius & Commissarius Generalis Sac. Ord. Cist. per Poloniam, S. R. M. Secret.

Approbatio Loci Ordinarij

R*Hytmus in honorem Immaculatè Conceptæ Matris DEI Virginis, sub Titulo:* MARIA DEIPARA SEMPER VIRGO, *à Reverendissimo D. Michaële Antonio Hacki, Abbate Colbacensi. Coadjutore Olivensi, S. Ord. Cisterciensis, Sac. Reg. Majestatis Poloniæ Secretario & Eleemosynario concinnatus, à Theologis censuratus & approbatus, non tantùm Honori & Cultui Divæ Virginis Matris propagando inserviens sed etiam magis ac magis piam Sententiam de Immaculata Conceptione promovens, ut publicæ luci tradatur, facultate ad id mihi datâ ab Illustrissimo D. Episcopo Vladislaviensi, dignum censeo. Vladislaviæ Die 17. Junij. Anno* 1683.

Balthazar Alexander Gissa. U. J. D. Gnesnen: Vladislavien. & Varsavien. Canonicus, Offic. Gen. Vladislavien.

Summa

1. SUmma Mater [β] Sũmi DEI,
Omnis Virgo speciei;
Se per Pura, Illibata:
M RIA [γ] ex DEO nata.

2. Dignare me, Te laudare;
O m Tuum celebrare;
N à labe inquinatum,
O ni decore ornatum.

3. uamvis [ε] pulvis sim & cinis;
T Splendori acclinis,
V t umbra sequor Ducem;
A rando Tuam Lucem.

4. Tu [ζ] Electa ut Sol jactu
R orum, & attractu
P verem abjectum tolle;
E i sublime attolle.

5. tomum potes mutare;
In ubem claram formare;
T Luce luci dare:
U Te queat adumbrare.

6. Tu Rogus sancti Amoris:
T virtute ardoris,
C erem vilem transforma;
E i crystallum efforma.

7. tà è cæno extractus,
In Lucem Tuam protractus;
E Tuâ virtute nixus,
E Tibi semper affixus,

8. Pulvis & cinis valebo;
N bes & vitrum lucebo:
T Luminis figmentum,
T Laudis instrumentum.

9. Quamvis sciam, quòd laudare
T dignè, ac prædicare
N mo queat: non linquenda
T men es, nec reticenda.

10. Leva ergo vilitatem
M m, & indignitatem;
Pu ga culpæ fæditatem:
D gratiæ venustatem,

11. Tu quæ summæ dignitatis
Apex es, & puritatis;
[ϑ] Gratiæ Fons: & Coronis
Omnis Benedictionis,

12. Benedic meum conatum
Honori Tuo sacratum;
Mentem, cor, os, manum munda:
Divino Verbo fæcunda.

---

13. [ι] AB æterno-Ordinata
Eras, Tu Immaculata; [κ]
Quæ gigneres Te creantem,
Te à labe præservantem.

14. Nam [λ] ex ore prodiisti
Altissimi, [μ] MATER CHRISTI:
[ν] Ante omnem creaturam
Primogenita venturam.

15. Ex omnibus præelecta;
Et supra omnes evecta;
[ξ] MATER futura CUNCTORUM
Gratiâ DEI VIVORUM.

16. [ο] Nondum erant tenebrarum
A peccato productarum
Abyssi, jam Tu concepta
Eras, DEI Luce septa.

17. Ut quæ [π] Lucem mundi dares
Mundo; & illuminares,
Caliginem universi
Culpæ abysso submersi.

18. [ρ] MARIA [σ] Illuminatrix
[τ] Lucis Veræ Propagatrix
A Divina luce sata:
Tota lucida prognata.

19. Quin [φ] Lux es primò creata;
[χ] A Patre Luminum data;
Semper [ψ] bona ipsi visa:
A tenebris es divisa.

20. Lux pura in suo actu;
Nullius sordis contactu
Unquam potens inquinari:
Nullo cæno maculari.

[α] S. ern. in Rhyt. [β] Tob. 3. 34. [γ] Joan. I. 13. [δ] Ecclef. verf. [ε] Genef. 18. 27. [ζ] Cant. 6. 9. [η] Cæ ... ui Rhytm. [ϑ] S. Ephr. in Lav. Vir. [ι] Prov. 8. 19. [κ] Cant. 5. 2. [λ] Eccli. 24. 5. [μ] Eccl. in Litan. ... cli. 24. 5. [ξ] Gen. 3. 20. [ο] Prov. 8. 20. [π] Joan. 8. 12. [ρ] Luc. I. 27. [σ] S. Albert. M. in Luc. I. ... [τ] Jo. I. 9. [φ] Gen. I. 3. [χ] Jac. I. 17. [ψ] Gen. I. 4.

21. O α Lux inacceſſibilis!
Per quam β Deus viſibilis
Factus; in qua habitare,
Ex qua voluit monſtrare

22. Suum orbi ſalutare,
Tanquam γ Majus Luminare.
Sed Te Luminare Minus
Orbi dedit Sol Divinus

23. Ex Te Luce ſuâ ortus:
(Procul tenebræ abortus)
δ Lux de Luce DEO PATRE:
Lux de Luce ALMA MATRE.

---

24. ε Progreſſa es ut Aurora
Surgens abſq; noctis morâ;
Luce gratiæ decora:
ζ Aurea gratiæ hora.

25. η Quaſi Stella matutina
Fulgens virtute Divinâ
Et tenebras prævenisti;
Et lucem apprehendiſti.

26. ϑ Pulchra velut plena Luna,
ι De plenitudine una
Hauriens; ſed ſingulari
Modo, nequé ulli pari.

27. In Ortu κ gratia plena,
Unica gratiæ vena
Facta: nec ullus defectus
In Te, ſed plenus profectus.

28. Licét noxæ nox inceſſit
Orbem totum, & oppreſſit;
Te Solam ſemper reſpexit
Sol, & luce plenam texit:

29. Ut Sola irradiares,
Et noctis umbras fugares.
Una Tu Luna perfecta,
Nullâ eclipſi obrecta.

30. Tota Soli dedicata,
Soli DEO conſecrata:
Tota Sole illuſtrata,
Solo DEO imprægnata.

31. λ Electa ut Sol, à Sole,
DEI atq; Tuâ Prole,
In Sole nil tenebrarum,
In Te nihil macularum.

32. μ Mulier Sole amicta,
Magnum cœli ſignum dicta;
A tenebris præſervaris:
Radix Solis præſignaris.

33. In Te ſedem collocavit,
ν Tabernaculum firmavit
Sol Myſticus: ſemper ξ ſtando,
Contra Gabaon bellando.

34. A Te nunquam ο retroceſſi
Imò in Te anteceſſit;
Tibi ſalutem daturus,
Mortem culpæ præventurus.

35. Nunquam in Te π obſcuratu
ρ Sol juſtitiæ' ex Te natus.
Ut Origo lucis pura
Exoreris in natura

---

36. σ Ecquid cum tenebris luci ?
Nil habet puritas fuci,
τ Filia lucis fuiſti;
Semper υ in luce manſiſti.

38. Veré φ Vas admirabile,
In Luce immutabile;
Opus Excelſi' illibatum:
Cœlum DEI animatum.

38. Tuis χ Pedibus ſubjecta
Luna peccati abjecta,
Inconſtantis voluntatis
Proles, atq; voluptatis.

39. Noctilucam tenebroſam
Conculcas DEO exoſam:
In nocte delicti non ſtans;
In luce gratiæ conſtans.

40. ψ Caput duodenæ ſtringunt
Stellæ, ut corona cingunt:
ω Contra Siſaram pugnantes:
Prærogativas ſignantes.

α Tim. 6 16. β Bar. 3. 38 γ Gen. 1. 16 δ Symb. Nic. Conc. ε Cant. 6. 9. ζ S. Brig. Rev. l. c. 55. η Eccli. 50 6. ϑ Cant. 6. 9. ι Joan. 1. 16. κ Luc. 1. 18 λ Cant. 6. 9. μ Apoc. 12. 1. Ps. 18. 5. ξ Jos. 10. 12. ο 4. Reg. 20. 34. π Luc. 23. 45 ρ Mal. 4. 2. σ 2. Cor. 6. 14 τ 1. Theſſ. 5 υ Joan. 12. 36. φ Eccl. 43. 2. χ S. J. Damaſc. or. de dorm. Deip. ψ Apoc. 12. 1. ω Apoc. 12. 1. α Jud. 20

Hic omnis virtutum chorus,
Deitatis torus.
llus hic umbræ accessus;
nis in luce progressus.
Ut α castrorum ordinata
es bello parata:
ribilis ad arcendas
ebras es, & pellendas.
β Mane semper opportunus,
vespere dies unus;
Te relucet amænus,
absq; nube serenus.
Dies gratiæ Divinæ
Te fulget absq; fine:
Te Diem claram fecit,
sque nocte Te perfecit.
γ Lucerna Tua nam Agnus,
ux Mundi, ε Oriens Magnus:
inu Tuo clarescens,
mio Tuo splendescens.
Tu ζ Meridies cubantis
ecti es, & lactantis;
auge cœli coruscans:
i noctuas obfuscans.
Aurorâ rutilantior,
Stellis cunctis clarior;
Lunâ plenâ pulchrior:
η Sole speciosior.

θ O Jerusalem beata!
ivitas DEI ornata;
icta de Te gloriosa,
s cælestis speciosa.
. Ipse λ Altissimus eam
llius defectûs ream
tute suâ fundavit:
fectissimam creavit.
μ In voce exultationis,
Sanctæ confessionis
epulantis sonus,
i DEItatis thronus.

51. Procul tristitiæ spectrum,
Ubi lætitiæ plectrum;
ν Gaudium Domini verum,
Merum, ξ plenum, & sincerum.
52. Procul certaminis lucta;
Hic ο Pacis visio structa.
π Est in pace DEI locus;
Nullus hic bellorum focus.
53. ρ Fines Tuos pacem ponit
σ Rex Pacificus, opponit
Se pro Arce Syon murum,
Hosti minimè cessurum.
54. Sic τ portarum confortavit
Seras, strictè obfirmavit:
Pro se υ clausam portam servat,
Ab hostis ausu præservat.

---

55. φ Syon Vrbs fortitudinis
Securæ celsitudinis.
χ Salvator stat pro reali
Muro, & ante-murali.
56. Procul timor, procul pavor,
Summus hic Divinus favor
Omnem dat tranquillitatem;
Et firmat securitatem.
57. ψ In Montibus fundamenta
Sanctis stant, & firmamenta,
ω In plenitudine merè
Sanctorum detenta verè;
58. α In populo radicata
Honorificato: rata
β Hæreditas est in parte
DEI, nullo rapta Marte.
59. Pro suo DEVS honore
γ Viri sapientis more
Domum supra δ petram struxit;
Nil in hâc orcus destruxit.
60. ε DEVS in medio Tui
Non est commotus, sed sui
Respectu, Te ortam ζ mane
Diluculo juvit sanè.

nt. 6. 9. β Gen 1. 5. γ Apoc. 21. 23. δ Joan 9. 5. ε Zach. 6. 12. ζ Cant. 1. 6. η Sap 7. 29
c. 21. 10. ι Ibid. κ Ps. 86. 3. λ Ps. 86. 5. μ Ps. 41. 5. ν Matth 25. 21. ξ Joan. 16. 24.
usalem interpretatur. π Ps. 75. 3. ρ Ps. 147. 14. σ Salomon interpretatur. τ Ps. 147. 13.
ech. 42. 2. φ Isai. 26. 1. χ Ibid. ψ Ps. 86. 2. ω Eccli. 24. 16. α Ibid. β Ibid. γ Matth. 7. 24.
Cor. 10. 4. ε Ps. 45. 6. ζ Ibidem

61. α In medio umbræ mortis
Ambulans, malis obortis
Non pavida; cùm ſit Tecum,
Is, qui tutamen fert ſecum.

62. β Tecum Dominus γ Virtutum,
Tibi dans munimen tutum.
δ Mille clypeorum cura,
Omnis fortis armatura.

63. ε In auxilio ſubſiſtens
Altiſſimi, ac perſiſtens,
In protectione grata
DEI cæli commorata;

64. A laqueo liberata,
Verbo aſpero privata,
Sub pennis DEI ſpe latâ,
Et ſcapulis obumbrata;

65. Atque circumdata tuto
Veritatis ejus ſcuto:
Tam à timore nocturno,
Quàm ab incurſu diurno,

66. Et à ſagitta volante,
Ac negotio vaſtante
Penitùs non timuiſti;
Nec unquam læſa fuiſti.

67. A latere ceciderunt,
Et â dextris perierunt
Mille, ac millia decem
Tibi ſtruentia necem.

68. Refugium poſuiſti
Altiſſimum, & ſumpſiſti:
Ad Te malum non acceſſit;
Flagellum à Te receſſit.

69. Quin aſpidi inambulâſti;
Baſiliſcum propulſâſti;
Et conculcâſti leonem:
Et protriviſti draconem.

70. ζ Locus habitationis
DEI, atque manſionis
Sanctus eſt; η poſſeſſionis
Ingens locus: ϑ Mons Syonis.

71. ι Domum DEI ſanctitudo
Nam decet, & magnitudo.
Hoc κ DEI Habitaculum,
λ Magnum Mundi Miraculum.

72. μ Magnus Dominus in ec
In quo ν gratum ſtare DEO.
ξ Tota terra exultavit,
Cùm DEVS Syon fundavit.

73. ο Quàm magna eſt Domus D
Nulla fabrica par ei.
π In nullis Regnis Potentûm
Opus ſimile inventum.

74. Maguum ρ ſanctũ DEI Templ
Non habet ſui exemplum
σ Nullus hîc ſtrepitus tonat,
Solum τ DEI Verbum ſonat.

75. Hic υ in medio ſuſcepta
Templi, gratanter arrepta
Miſericordia DEI
Omnis refugium ſpei.

76. φ Creator omnium, qui T
Creavit, quievit ritè
In Tabernaculo Tuo,
χ Templo Majeſtatis Suo.

77. Magis ψ amplum & perfec
Tabernaculum electum,
Virtute DEI peractum
Non eſt, neque manufactum.

78. Nec hujus creationis
Ex Adam contagionis:
Sed novæ formationis,
Et excelſæ rationis.

79. ω Opus à DEO paratum;
Ab omni labe ſervatum;
α Verbo DEI conſecratum:
β Aula DEI nuncupatum.

80. In hanc γ nil coinquinatum;
δ Nullâ maculâ fœdatum
Intrare poteſt: quæ pura
Ædes DEI permanſura.

α Pſ. 22. 24 β Luc. 1 28. γ Pſal. 23. 10. δ Cant. 4. 4. ε Pſ. 90 1. ζ Pſ. 67. 7. η Bar 3.
ϑ Pſ. 47. 3. ι Pſ. 92. 5 κ Eph. 2. 22. λ S. Chryſoſt. orat. de Hypap. μ Pſ. 47. 2. ν Pſ. 67.
ξ Pſ. 47. 3. ο. 3 Bar. 3. 24 π 3. Reg. 10. 20 ρ 1 Cor. 3. 17. σ 3 Reg 6. 7. τ Joan. 1. 1
υ Pſ. 47. 10. φ Eccli 24. 12. χ S. Anſel. All. cæl. 28. ψ Hebr. 9. 11. ω Idiot. in contemp
Virg. α Luc. 11. 28. β Gen. 24. 22. γ Apoc. 21. 27. δ Epheſ. 5. 27.

bsit, ut quandoque dici
it, manu inimici
e contaminatum
plum DEO dedicatum.

Gloria DEI replevit
c Domum; decrevit:
foris canes abessent,
locaustaque adessent.

Iolocaustum VIRGO tota
i DEO devota,
rtûs Tui momento
iæ stans adjumento.

Ab initio Beata
: secula creata.
IS ε possedit suarum
nitio viarum.

bsit, ut vel ad momentum
Diaboli tormentum
essio sit concessa
, sisque hanc perpessa.

86 Ad primam conceptionem
ui possessionem
a Divinitas venit,
malignum prævenit.

87 am tunc ζ DEI PATRIS Nata
ta & intemerata
ns, vi Omnipotentis
a Calcatrix serpentis.

88 Tunc FILII DEI η Alma
er, Victrix crucis palmâ
entiâ luxisti;
is astum delusisti.

89 Tunc θ SPIRITUS Sancti Pura,
sa; ipsi jam matura;
ore æterno arsisti:
atanam abegisti.

90 Sacrosanctæ TRINITATIS
nius DEITATIS
unc jam ι Sedes parata
illi semper grata.

91. κ Tota pulchra es Amicâ
DEI, satan inimica,
In Te macula non adest,
Culpa omnis à Te abest.

92. Ubi plena pulchritudo,
Ibi nulla turpitudo.
Una es tota λ formosa,
Una sola gratiosa.

93. μ Filiæ Syon viderunt
Te, ac mox prædicaverunt
Beatissimam præ cunctis
Gratiâ Divinâ unctis.

94. ν Quæ est ista, quæ ascendit
De deserto, sursum tendit
Delicijs affluendo,
Et Dilecto innitendo?

95. Tu es illa ξ Speciosa
Gratiâ Deliciosa,
Quæ de hoc mundi deserto
Scandis, non deserta certò.

96. Imò Summo DEO plena
Progrederis in arena,
Delicias dispergendo:
Gratias dispertiendo.

97. Nam ο Dilectus Tuus Tibi
Et Tu Illi, ita sibi
Semper uniti mansistis;
Invicem vos respexistis:

98. Ille Te præveniendo
Gratiâ; Tu subsequendo
Amoris promptitudine:
Profectûs amplitudine.

99. Si π DEITAS Incarnata
Per te venit calceata;
ρ Quàm pulchri Tui incessus,
In calceamentis gressus

100. Filia Principis Magni!
Tuta exuvijs Agni
σ Caput hostis contrivisti;
Insidias evasisti.

g. 8. 11. β Apoc. 22. 15. γ Numer. 28. 3. δ Eccli. 24. 14. ε Prov. 8. 18. ζ S. Laurent. erus de Nativ. B. V. η Eccles. in Antiph. θ S. P. Damian. serm. 3. de Spir. S. ι Ps. 9. 22. κ Cant λ Cant. 6. 8. μ Cant. 6. 8. ν Cant. 8. 5. ξ Eccl. in vers. ο Cant. 6. 2. π S. Gregor. ρ Cant. 7. 1. σ Gen. 3. 15.

101. A DEO ita egreſſa,
Et in hunc modum progreſſa,
[α] Vt Virgula fumi pares;
Et aromatibus clares.

102. Hìc mortificationis
Myrrha, Thus devotionis,
Hìc Lilium caſtitatis,
Hìc Nardus humilitatis

103 [β] Odorem ſuum dederunt,
Et DEVM ad Te traxerunt:
Vt in accubitu ſuo
Rex gauderet ſinu Tuo.

104. [γ] Filia nam audiviſti
Vocem DEI & vidiſti,
Aurem Tuam inclinâſti;
Domum Patris abdicâſti.

105. [δ] Populi Tui oblita,
Non iviſti viâ tritâ:
Soli DEO adhæſiſti,
[ε] A Dextris ejus ſtetiſti.

106. [ζ] Agna pura [η] ſine nota:
Procul ab hædis remota.
In Te namque nil ſiniſtrum,
Contentans orci miniſtrum.

107. Inde [θ] Rex Tuum decorem
Concupivit, atque florem
Virginitatis amavit:
In Matrem Te adoptavit.

108. Hinc [ι] omnis gloria Regis
Filiæ ab intus; legis
Communis immunitatem
Habens, & integritatem.

109. Ne culpa Te aliena
Inficeret, cui pro pœna
Mors lata eſt: at Tu vitæ
Mater es in Chriſto ſitæ.

110. [κ] NOn ſicut fuit delictũ
Ab Adã cũctis inflictũ
Ita eſt & DEI donũ
Humano generi pronum.

111. Multi delicto [λ] unius
Mortui Adæ ſolius.
Gratia [μ] ſed abundavit,
Et in plures redundavit.

112. Ergo aliqui exempti,
Nec à peccato perempti:
Namque gratia refecit
Plures, quam culpa infecit.

113. Nullus hanc reperit viam,
Præter CHRISTUM & MARIAM.
Chriſtus propriâ virtute
Liber, tanquam DEVS tutè.

114. MARIA per Chriſtum facta
Libera; morte abacta
Culpæ, per [ν] præviſam mortem:
Hoc decuit Matris ſortem.

115. De [ξ] Terrâ virgine primus
Homo factus, terræ limus
Non maledictæ: ſecundus
Quidni hâc ſorte fæcundus?

116. Tu [ο] Terra es benedicta,
Et [π] Promiſſionis dicta.
Terra [ρ] Virgo gignis Florem,
Et [σ] germinas Salvatorem.

117. Illa [τ] Terra tribulorum,
Spinarum, & loliorum.
Tu es Terra carens luctu,
[υ] Sacra [φ] benedicto fructu.

118. [χ] Primus de terra terrenus
Et ſicut terra obſcœnus.
Alter de Cœlo Cœleſtis,
Quem Tu purâ carne veſtis.

119. [ψ] Terra maledictionem
Tulit, & damnationem.
Tu Cœlum ſalvationis,
Plenum [ω] benedictionis.

120. [α] Cœlum Vera DEI Ædes,
Divinæ gloriæ ſedes:
Hinc [β] pulſus exterminator,
Et Primus prævaricator.

[α] Cant. 3. 6. [β] Cant. 1. 11. [γ] Pſal. 44 11. [δ] Ibid. 2. 11. [ε] Ibid. 5. 10. [ζ] Matth. 5. 23. [η] Exod. 12. 5. [θ] Pſ. 44 v. 13. [ι] Ibid. 15. [κ] Rom. 5. 15. [λ] Rom. 5. 12. [μ] Ibid. 5. [ν] Eccl. in Orat. [ξ] Gen. 2. 7. [ο] Pſal. 84. 2. [π] Exod. 10. 24. [ρ] Cant. 2. 1. [σ] Eſai 45. [τ] Gen. 3. 18. [υ] Exod. 3. 5. [φ] Pſ. 84. 14. [χ] 1. Cor. 15. 47. [ψ] Gen. 3. 17. [ω] Apoc. 7. 12. [α] Eſai. 66. 1. [β] Apoc. 12. 7.

Superbiæ filiorum
Tyrannus inferorum,
partem in Te habere
, Tibi prævalere?
u DEI ſemper β Ancilla;
: prima Gratiæ Stilla. γ
Humili cum ſuperbo
umoris acerbo?
ortûs primo inſtanti
itate conſtanti
e DEO præſentâſti,
erbum fugâſti.
primâ creatione
plaſmatione
us & Homo dignè
O cepit inſigne
aturæ rationalis,
us originalis
æ; potiori
d datum Majori
uæ Virgo dignitati:
æ maternitati.
ines cunctos præcellis,
Angelos excellis.
Diſcrimen eſt infinitum
ne ſtabilitum
Te, quæ Mater DEI:
rvos, qui adſtant ei.
i tamen ſanctificati
ero, nondum nati;
ropheta δ Jeremias:
nnes alter ζ Elias.
Tibi Gratia debetur
lior, nam hoc meretur
itas maternitatis,
rvari à peccatis.
η libera à veniali:
& originali.
enim magis exoſum;
minus eſt damnoſum.

131. Non corrumpit venuſtatem,
Non extingvit charitatem;
Neque inimicum facit
DEI: nec ad mortem jacit
132. Perpetuam veniale,
Quod cauſat originale.
ϑ Immunis ſi à mortali;
Ergo & originali:
133. Quod etiam eſt mortale,
Imo magis capitale.
Majus enim malum patrat:
Hinc fomes peccati latrat,
134. Concupiſcentia prodit,
Habitus ad malum rodit;
Inde fons culpæ mortalis,
Immunditiæ legalis;
135. Puerperii laboris,
In Partu magni doloris.
Et hi ſunt veri effectus
Originalis defectûs.
136. Ab his libera fuiſti
Præſervata, Mater CHRISTI.
Effectus in te negatur?
Ergo & cauſa tollatur.
137. Non fuit in Te peccati
Fomes, dæmonis innati,
Et tyranni nomen geſtans;
ι Bellum inteſtinum præſtans
138. Inter rationem juſtam
Et appetitûs injuſtam
Ad malum propenſionem,
Pravam inclinationem;
139. In lege culpæ captivans:
Hanc in animam derivans.
Procul à Te κ jugum grave,
Quæ portâſti λ onus ſvave.
140. μ Unigenitus à Patre,
A Te genitus ut Matre
Plenus gratiæ ν majora
Quàm cunctis & ampliora,

41. 25 β Luc. 1. 38. γ S. I. Damaſc. Or. 1. de Dormit. B. V. δ Ier. 1. 5. ε Luc.
ζ Matth. 11. 14. κ S. Th. 3. p. q. 27. a. 4. ι Omnes Doct. & Theologi. ϑ Rom. 7.
Eccl. 40. 1. λ Matth. 11. 30. μ Joan. 1. 14. ν S. Th. 3. p. q. 27.

141. Privilegia conceſſit
Tibi; à qua hìc proceſſit.
Poſtquam [α] Angelos creavit,
Stantes à lapſu ſervavit;

142. Quidni Te Matrem Divinam
Et [β] Angelorum Reginam
A caſu culpæ ſalvavit;
Immunitate beavit?

143. Ergòne tenebrionis
Dignior creationis
Origo expers peccati,
Pro culpa poſthac damnati?

144. [γ] Mens horreſcit cogitare,
Et lingva enunciare;
Et calamus exarare:
Matrem DEI ſic notare.

145. Sed plus decet execrari,
Tibi poſſe imputari
Damnationis reatum;
Et Dæmonis mancipatum.

146. Quæ ſemper DEI fuiſti,
Nunquid eſſe potuiſti
In ſatanæ poteſtate
De non Tuâ pravitate?

147. Abſit, abſit hæc loquela,
Non decet talis ſequela,
Et DEUM Authorem boni:
Et Matrem capacem doni.

148. [δ] Mi DEUS aut voluiſti,
Sed minimè potuiſti;
Aut revera potuiſti,
Sed haud ita voluiſti:

149. Ut Mater tibi unitâ,
Eſſet à labe munita.
Utrumque dedecoroſum;
Summè ignominioſum.

150. Illìc poteſtas depreſſa,
Hìc bonitas non expreſſa.
Ergo uti potuiſti,
Ita ſanè voluiſti,

151. Et immenſam poteſtatem,
Et intenſam pietatem,
Erga Matrem demonſtrare:
Hanc à culpa præſervare.

152 Quod Angelis non negâſti,
Adæ - & Evæ donâſti;
Hoc Matrem dono dotâſti:
Innocentiâ ſacrâſti.

---

153. [ε] PLus ei gratiæ datur
Eſt ad vincendũ peccatum
Omni ex parte, quan ulli
Igitur peccato nulli

154. Subjecta erat; ſed cuncta
Excluſit gratiâ uncta:
Angelicam puritatem
Superans & claritatem.

155. [ζ] Infinitâ dignitate
Hauſtâ ex maternitate
Quæ cum Bono infinito
Juncta modo inaudito

156. Ut Virgo & Mater eſſet,
Hoc exigit; ut adeſſet
Ei ſemper infinita
Gratia, quidni finita?

157. Qualis eſt, immunem ma
Eſſe in originali
Lapſu. [η] Invenit majorem
Gratiam; cur non minorem?

158. Fini congruere debent
Media quæ finem præbent.
Finis ſummus inauditus,
In electione ſitus

159. Virginis in Matrem DEI;
Media hinc apta ei
Summa ſint, & inaudita:
Sit Conceptio aſcita

160. Ex naturâ vitiatâ
Pura, incontaminata,
Ita electio rata
Per media ordinata.

α S. Anſel. de Excell. Virg. β Eccleſia in Litan. γ S. Anſel. in Officio Concept. Nogaroli à Sixto V. ap probati Lect. 1. diei 6. δ Vide in ſimili Auguſtinum lib. 83. q. 30. ε S. Aug. lib. de natura & gra ζ S. Thom. p. q. 15. a 6. ad 4. η Luc. 1. 13.

Quodſi Adam non peccâſſet,
s ejus non portâſſet
n dedecus peccati
pſo peccante nati.
Et Tu Filia electa
, fuiſſes perfecta
ue noxâ: cur non magis
, quòd Matrem DEI agis?

Tu a Virgo carne fuiſti,
mente permanſiſti;
carne Intemerata,
Mente Immaculata;
Conſervans integritatem
roque & puritatem:
artu Inviolata,
orte Intaminata.
Quoad corpus, DEI tanta
; quoad mentem quanta?
major non explicari
l, neque cogitari.
In primo ſtatim momento
eptionis, intento
is oculo vidiſti
M clarè; habuiſti
Tunc ſcientiam infuſam,
emplationem fuſam
ni Boni; quod amâſti
nè, nec unquam ceſſâſti:
Sed ſemper in hoc creſcendo,
am ſemper augendo,
menſum profeciſti;
ummum gradum veniſti:
Ut poſt DEUM creatura
ſit major in natura.
cum viſione pugnat
Amori repugnat
Omnis culpa. Inde ortum
n cum DEO exortum
ſors malignitatis
xit, ô Fons puritatis!

171. Si præcepit, e honorare
Matrem DEVS, & amare
Nunquid ſuum, f quod decrevit
Mandatum, non adimplevit?
172. Ecquis honor? Expectare,
Donec hoſtis captivare
Poſſit Matrem; liberare
Poſthàc: potens præſervare.

173. Ecquis amor! Matri dare
Opem, ne queat fædare
Hanc labes; anticipare:
An pòſt infectam mundare?
174. Si g gloria Filiorum
Vera, ſunt Patres eorum:
h Quæ gloria DEI Nati,
Mater conſcia peccati?
175. Matri eſſet injurius
Et ſibi DEI Filius;
Matri labem permittendo:
Sibi notam inurendo.
176. i Cum Chriſto conſangvinitas
Matris eſt, & vicinitas
k Summa; caroque illius
Eſt ſubſtantiæ unius.
177. In hâc ſi locum haberet
Satan; momento maneret:
l Quænam conventio Chriſto
Cum Belial Antichriſto?
178. Matris tanta communio
Eſt cum prole, ac unio;
Ut moraliter dicantur
Unum eſſe & cenſeantur.
179. m Omne judicium Pater
Dedit Filio, ſic Mater
Hûic judicio, ut rea
Subjaceret. Propterea
180. Natus contra Matrem ferret
Jus, n juſtitiam afferret.
At hæc inter duos currit,
Et non in unum excurrit,

a …broſ. l. de Virg. b S. Bon. in 3. d. 3. c Eccl. in Verſ. d Ita Suarez, Salazar, qui citant S. … Th. 2. ſ. 51 a. l. c. 2. Gerſon. Alphab. 88. lit. S. P. Dami. ubi etiam citatur S. Brig. … 32. §. 4. e Deut. 5 16. f Alex. III. pp. ap. Pet. Bleſſeum in Inſtrum. fidei ad Soldanū. … 17. 6. h S. Th. 3. p q. 27. a. 4. i S. Th. ibidem. k Arnold. Carnot. l 2. Cor. 6. … 5. 22. n Ariſt. Eth. 8.

181. [a] Sed Mater & Natus visi
Esse semper indivisi.
Ergo non potest formari
Jus, nec judicium dari.

182. Hinc nil judicio dignum
Commisit Mater; indignum
A Filio judicari
Matrem: sicque separari.

183. [b] Vnum cum Filio Pater,
Vnum cum Filio Mater;
Nil inter hos intercessit:
Nil Proli Mater excessit.

184. Siccine serva peccati
Esset Mater Tanti Nati?
[c] Quidquid servit prorsus vile:
Nec est nobile, servile.

185. Deipara libertate
Gaudet, ac immunitate.
MARIA [d] Dominam signat,
Et potestatem designat

186. Primò super ipsum Natum,
Ut ab ipsâ procreatum.
Ergo DEUS Genitrici
[e] Subjectus, ut peccatrici?

187. Quam liberè acceptavit
Sibi Matrem; non creavit
Se dignam; suâ virtute
Liberans à servitute?

188. Deinde supra naturam,
Super omnem creaturam
Dominium plus firmatum,
Quàm Adam ante peccatum

189. Possedit Princeps Opima.
[f] Hoc cum justitia prima
Adam à DEO accepit;
Quem, postquam serpens decepit,

190. Et justitiam amisit:
Et dominium dimisit.
Si' in Ortu Domina mundi,
Servitus non ibi' immundi.

191. Concepta' [g] ab Anna MARIA
Id est, Domina' à gratia.
Domina gratiæ Nata;
Procul servitus ingrata:

192. In justitia formali
Concepta originali,
[h] Germinis authoritate
Permansit in potestate.

193. In Angelos Principatus
Quomodo illi collatus
Sine gratia exortæ?
In qua sunt felici sorte

194. Angeli facti à DEO.
Quin imò esset ex eo
Præposterus ordo visus;
Si DEI fuisset nisus

195. Illos subdi peccatrici
Fœminæ Dominatrici.
Debuit horum Regina
Nasci' in gratia Divina.

196. [i] Post primum conceptionis
Instans, jure rationis
Dicitur Virgo fœcunda,
Ab omnis peccati munda

197. Flagitioso incursu
Reliquo vitæ decursu:
Pro Maternâ dignitate
Hâc digna immunitate.

198. Sed cur non primũ momentum
Meruit hoc argumentum?
Quod multò magis pensatur;
Ut origo æstimatur.

199. Num rerum sacratiora
Principia & majora
Non sunt? imò plus spectatur
Genus, & consideratur

200. In Primâ conditione,
Atque statûs ratione:
Quod per generationem
Transmigrat in nationem.

a *Idem ibidem.* b *Joan.* 10. 30. c *Petr. Greg. in Syntagm. Juris l.* 4. *c.* 1. d *S. Epiph.* e *Is.* 2. 51. f *Gen. c.* 1. 28. *Ps.* 8. g *S. Damasc. de fide Orthodoxa l.* 4. *c.* 15. h *S. P. Chrysol.* 142. *Annunc.* i *S. Th.*

201. Quodsi ob Adæ peccatum
num instans, Sacratum
piritûs Sancti, mansit
im culpâ, nec permansit
202 Diutiùs: in futurum
n semper duraturum:
hoc in probrum cessisset
, dedecus fecisset.
203. Quomodo non indecorum
tra metam honorum
o instanti fædari;
sthac non maculari?
204 Valet ratio decori
pta vitâ, honori
is DEI consulendo:
non ortum protegendo?

205 Christi dedecus fuisset.
emina concepisset
cum viri libidine;
ebuit ex Virgine
206 Concipi. Quid plus probrosũ
to contumeliosum?
EI an inimica
trice, ac amica
207 Diaboli generari!
x Matre procreari,
imonio devota
imo absq; nota?
208 Jam [a] si Puritas adesse,
mmunditia' abesse
t à Christo: mentalis
r est, quàm corporalis.
209 [b] Gratiâ DEI optatâ
s per Christum collatâ
tantummodò patratis
amur à peccatis;
210 Sed ab illis præservamur;
atrentur, adjuvamur.
cax in Matre' esset
gratia, & abesset?

211. Num [c] Manum abbreviatam,
Potentiam alligatam
DEI dicemus in Matre,
Privilegiata' à Patre;
212. Ut [d] eundem generaret
Filium, quem is [e] amaret?
Et Natus Matri negaret,
Hoc, quod cunctis dispensaret?
213. Sed & [f] gratiæ Authori
Propinquissima, Fautori
Suo, Mater non captaret
Fructum, & participaret
214. Super omnes hunc effectum,
Nullum patiens defectum:
Fructum gratiæ majoris,
Puritatis amplioris;
215. [g] Plena gratia' ac inventa?
Certè gratiâ præventa
In puncto conceptionis,
Suæ animationis.

216. Quid, quod [h] Sponsa DEO nupta
Sis, ô Virgo incorrupta:
Quæ à Libano venisti,
Semper candida mansisti.
217. Tu [i] in Verbi connubio
Cum humanâ conjugio
Naturâ Sola fuisti,
Quæ pro ipsa consensisti.
218. Ergo debuit natura
Non vitiata, sed pura
Esse in Te, dignitatem
Habens, & integritatem
219. Ex originali gratam
Justitiâ; quæ nec datam
Fidem unquam violâsset;
Innocentiam servâsset.
220. Si [k] Sponsæ in Sponsi eunt
Familiam, & transeunt:
Tu [l] Sponsi puram captâsti
Originem: ac servâsti.

Ibidem. β S. Thomas 3. p. q. 31. a 4. ad 5. a S. Thomas ibid. b Conc. Milevitanum d. 5. de cons- ne c. Placuit. c Isa. 59. 1. d Luc. 1. 32. & 35. e Matth. 17. 5. f S. Thom. 3. p. q. 27. a. 5. 1. 78. h Cant. 4. 8. i S. Th. 3. p. q. 30. a. 1. k L. quicunq; c. de re militari. l Glossa Leg. li cap. de municipatu & origin. l. 20.

221 (*a* Omnes in Adam peccâsse
Fertur; & morti litâsse.
b Omnes in Christo mundatos
A culpa, & vitæ datos.

222. Sic est. Sed *c* regula nulla
Sine' exceptione ullâ.
d Nullum unquam in natura
DEVM vidisse, Scriptura

223. Loquitur, *e* omnes in multis
Offendere, *f* plena stultis
Omnia; *g* omnes studere
Avaritiæ: patere

224. *h* Omnem hominẽ mendacem;
i Justum septies capacem
Lapsûs: tamen Textus isti
Non congruunt Matri Christi.

225. *k* Viam suam omnis caro
Corruperat: tamen raro
Exemplo Noe' eximendus,
Cum prole *l* justus dicendus.

226. Non omne' ergo genericum
Omne stringit specificum.
Neque universalia,
Ligant particularia.

227. Nam Privilegia dantur,
Queîs à lege liberantur.
Nonne, qui est Legislator,
Est & legis dispensator?

228. Is, *m* & circumcisionem
Per peregrinationem
Deserti, cunctis Hebræis
Suspendit, legis haud reis.

229. Qui Sabbatum instituit,
n Dominus Sabbati fuit.
Sic gratiâ speciali
Virgo lege generali

230. Minimè fuit constricta,
Nec Adæ pacto addicta;
Nec culpæ morte perempta:
CHRISTI meritis redempta.

231. *o* Ob cujus jure honorem
Juxta Ecclesiæ morem
Cùm de peccatis agitur;
Mater ejus eximitur,

232. *p* Ipse sibi fabricavit
Talem qualem æstimavit;
Quæ nullam labem portaret,
Nec Sobolem inquinaret.

233. *q* Pro' omnibus mortuus unus
Ergo rapit omnes funus
Mortis. Sed istos formalis
Et alios virtualis,

234. Dum sunt obnoxij morti
Peccati, malignæ sorti
Animæ periclitantis;
Nisi DEI adjuvantis

235. *r* Dextera mirè succurrat:
Lapsum gratiâ præcurrat.
Quod accidit Matri DEI;
Hæc gratia est par Ei.

236. *s* Nunquam obligatione,
Generali sanctione
Istæ res comprehenduntur,
Imò semper excluduntur;

237. Per quas universitati,
Publicæ utilitati
Consulitur. Per MARIAM
Publicæ salutis viam

238. Quantùm sit orbi consultum,
Nemo non cognoscit multùm.
Hinc justitiâ legali
Tuta' à jure generali.

239. *t* Sic cum Cæsare Augusta
Legibus nunquam onusta
Vniversalibus: imò
Ipsis est soluta primò.

240. Dignitas Reginæ legem
Communem ignorat, gregem
Subditorum adstringentem;
Illâ non tam eximentem,

a 1. *Cor.* 15. 22. b *Ibidem.* c *Proverbium.* d 1. *Joan* 4. 12. *De Moyse & S. Paulo aliqui censent* co-*trarium.* e *Jac.* 3. 2. f *Eccl.* 1. 13. g *Jer.* 6. 13. h *Ps.* 115. 2. i *Prov.* 24 17 k *Gen.* 6. 12. l ... 6 9. m *Jos.* 5. 6. n *Matt* 12. 8. o *S. Aug lib. de Nat. & Gr.* p *Idem l. de 5 Hær. c.* 5. q 2. ... § 14 r *Ps.* 17. 36. s *Gomet. in* § *Item Servi Instit. de Act. & Oblig.* t *L. Princeps ff. de leg.*

Quàm neque ingredientem.
Rex Assverus langventem
ginam Esther solatur:
oce svavi affatur.
[b] Non pro te lex hæc est lata,
ro- omnibus parata
r te; Non morieris:
am experieris.
Sic Tu ô Mundi Regina
mni mortis rapina
à DEI exempta,
vine' es Christi redempta.
[c] Plus pro Te Is eximenda
t, quàm pro redimenda
cta alia creatura.
Primogenita pura
Filii redemptionis.
um Incarnationis
Opus. Salvaturus
ndum atque redempturus,
A Te suam inchoavit
onem & signavit:
te namque parabatur
cunctis; sed dabatur
Tibi primò, ut haurires
nes ex Pignore vires.
Redemptor Curativus,
Tibi Præservativus.
Sic dùm es malo exempta,
tantissimè redempta
eris meritis CHRISTI;
ptivitate tristi
Peccati es præservata:
rueres, sustentata.
emptione' eguisti,
subesse potuisti
Peccato infectionis,
vi propagationis
lutè ac remotè;
um Christus huic notæ

251. Gratiâ magnâ occurrit,
Et morte suâ succurrit:
Ab [f] omni culpæ protexit
Te debito, & evexit.
252. Ejus meritis electa
Virgo in Matrem; provecta
Hoc ipso in libertatem;
Et culpæ immunitatem.

Solus in Conceptione
253. [g] Sanctus est ex unione
Hypostatica Salvator
Jesus, Orbis Reparator.
254. Tùm ex procreatione,
Originis ratione
Suæ' ex Te Virgo assumptæ:
[h] Spiritûs Sancti desumptæ
255. Virtute: qui [i] sanctitatem
Suscepit, & puritatem
Simul cum natura. Ita
Christus Salus atque Vita
256. Sanctus ex sua natura,
Atque origine pura.
Sed Tu ex adoptione
In Tua conceptione
257. Sancta, Te sanctificante
Gratiâ & præservante.
Ergò nulla in Te labes,
Nulla omnis noxæ tabes.
258. Sed forsan ex Lege Mortis,
Quam velut [k] mulier fortis
Subiisti, profluentis
Ex peccato delinquentis
259. Adæ, dicet quis cæpisse
Te culpam; videns tulisse
Te pænam. Ast naturalis
Est homini corporalis
260. Mors: quam ipse [l] Author vitæ
Tanquam homo, tulit ritè.
Etsi Adam non peccâsset,
Tamen homines tentâsset

. 15. 12. b *Ibidem* 13. c *S. Ber. de Ass.* d *S. Hild. l. de Virginit. Mar.* e *S. Ambr. L.* 1. *Luc.* f *Salazar de Conc. c.* 15. *Granados Tom. de Inc. Contr.* 2. *tr.* 1 *Disp.* 3. *sect.* 22. *Card. Iuc. de Casa Cathar*, *Turrian. Salmeronem. Card. de Lugo de Inc. disp.* 7. *sect.* 3. *Lu- Ponte l.* 7. *in Cant. exhor.* 20. §. 2. *n.* 5. *Lezana in Apologet. pro Immac. concept. c.* 32. *Ægid. ncept.* 44. *a.* 3. g *S. Amb. in Luc.* h *Luc.* 1. 35. i *S. Athanasius.* k *Prov.* 31. 10. l *Matth.* 27. *Mar.* 15. 37. *Luc.* 23. 46. *Joan.* 19. 30.

261. Mors, pro qua pellenda dignũ
Præstò erat [a] vitæ lignum,
Ad vitam continuandam:
Valetudinem curandam.
262. Sic [b] DEI decretum morti
Hominem addicens, sorti
Huic dedit, non destruendo
Naturam; verùm tollendo
263. Medium vitæ servandæ,
Ligno vitæ sustentandæ.
[c] Ergò non mirum, quòd jura
Mortis suffers ex natura.
264. Sed [d] mors animæ peccatum
Nullum fuit in Te datum,
Actuale, Veniale,
Mortale, Originale.
265. Imò & immaculatum
Corpus Tuum est servatum
Ab omni corruptione,
In cælesti mansione.
266. Ergo [e] Jure Te Beatam
Semper [f] Incontaminatam,
Et sine labe conceptam,
Et jugo satan ereptam,
267. Ecclesia Sancta Mater,
Cujus Author DEUS Pater,
Celebrat [g] Festo solenni;
Exoptans voto perenni:
268. Ut [h] Tuâ prece adjuti,
[i] Intercessione tuti
[k] Sint, dignissimam colentes
Conceptionem, canentes
269. [l] Sacram; quæ Orbem sacravit;
[m] Gaudium annunciavit
Verum mundo universo
Nubilo luctûs deterso.

270. Inde [n] Concilia certa
Spiritu Sancto referta;
Et [o] Apostolicæ Sedis
Capita sancta, hæredis
271. In terris authoritatis
Christi, atque potestatis:
Nec non ex DEI Minerva
[p] Sanctorum Patrum caterva
272. Apices [q] Theologorum
Verè Illuminatorum
A DEO; Manus magnarum
Orbis [r] Academiarum:
273. [s] Reges & [t] Imperatores;
[u] Ordinum multorum flores;
Provinciæ, Civitates:
Tot [x] sæculorum Ætates
274. Unanimi voce clamant,
Nam Te Mater DEI amant;
Quòd sis à culpa excepta,
Immaculatè concepta.
275. Hoc dicunt & stupendorum
Opera [y] miraculorum.
Hoc declarant [z] visiones,
Sanctæ Revelationes.
276. Hoc manifestat sacrorum
Ipse codex Bibliorum.
Rationis evidentis
[a] Vis evincit argumentis.

---

277. [b] O MARIA Stella maris,
Tu Fax cæli singularis
[c] In hoc magno mundi salo
Ductrix, Servatrix à malo.
278. Tu gubernas navigantes
In viam ducis errantes;
Omnis erroris ignara:
Itineris recti gnara.

a Gen. 2. 9 b Gen. 3. 19. c Gen. 3. 22. d Idiot. Contr. B.V. c. 3. e Luc. 1. 48. f S. Chrysost. in Litur. g Ecclef. in Resp. h Eccl in Resp. i Eccl. in Antiph. k Eccl. in R. l Eccl. in R. m Ecclef. in Ant. n Sex. Syn. Constantinop. sub Agath. PP. act. 8. 11. et 18. Cōc. Francford. An. 780. Conc. Bas. sess. 36. Con. Trid sess 5. o Adr. IV. Innoc. VII. Sixtus IV. Leo X Clem. VII. Pio V. Innoc. XI. p S. Dion. Ar. S. Ephr. Orig. S. Basil. S. August. S. Chrys. Cypr. S. Ath. S. Hildef. S. Fulgent. S. Io. Dam S. Cyr. S. Elig S. Ans. Idiot. S. Bruno S. Ant. Pad. S. Bon. Hugo Vict. Rich. à S. Laur. Rich. Vict. S. Laur. Just. Imò etiã S. Bern. S. Th. Aqu. S. Dominic. S. Vinc. Fer. Alb. M. S. Fulbert. Joa. Thauler. Ambr. Cather. Domin. Soto. Vincent. Iust. Ordinis Prædic. q Petr. Lomb. Joan. Duns Scotus: omnes demum præter aliquos è Schola Thomist. r Omnes Academiæ Hisp. & Lusitan. Mexic. Paris. Tolos, Mogunt. Colo; Lovan. Bonon. Neapolit. Oxonien. Cantabrig. Cracov. Vilnen. s Reges Hisp præsertim Philip III. & IV. & [illegible] citer regnans. Arragoniæ. Jacob. & Joan. Filij. Galliæ, Carol. VI. Polon. Omnes hujus seculi Reges. t Impe-res, Leo Græc., Emmanuel Commenus, Ferdin. II. III. Leopold I. felicissimè imperans. u Ordines Benedi[illegible] maldul. Cluniac. Carthusien., Cisterc, Cælestinus, Præmonst. Seraphic. August., Carmelit., SS. Trinit. & B. Mercede Captivor. Servitar. S. Hieron. Societas I. Fuliensis. x A temporibus Apostolor. viguit hac devotio [illegible] nia, à B. Marco Ev. In Africa apud Abyssinos. De quo Ojeda in Ref. Eccl. pro Im. Conc. c. 2. & 3. In Asia [illegible] sertim, Syria, Ægypto, Europa, apud Græc. à S. Andrea Ap. & in Hisp. à S. Jacobo Ap. qui in Liturg. sua [illegible] per Beatam & omnibus modis irreprehensam Matrem DEI. y De Miraculis legantur Salazar, Pelbartus. [illegible] Spinellus. z Visiones & Revelationes primas S. Ansel. recenset circa 840. annũ. Aliæ sunt, S. Birgitta, S. Eli[illegible] Reg. Hung. B. Oringa alias Christina 1310. in Helvetia miraculis clara. a B. Amedai, S. Mechtyl[illegible] cl. in Hymno. Num. 24. c Ps. 103. 25.

a Tu adhæres polo
ic prælucens ſolo;
tis immota:
Cœlorum rota.
ampas inextingvibilis,
unctis viſibilis;
um cœleſtem ducens:
Lucerna & lucens.
nocte non es extincta;
rgo prudens [d] præcincta,
Tuo cepiſti
ſic [f] exiviſti.
Te nobis cœlum patet,
eſtis doni ſcatet;
œli aperta:
paradiſi certa.

Iò ipſe' [i] es Paradiſus,
Secundo Adæ proviſus;
Ab ipſo DEO [k] plantatus:
ic ſerpentis flatus.
ortus enim es concluſus,
ic draco excluſus:
b cuſtos ſpeciei,
entia DEI.
Te [n] fons magnus aſcendit
Te, ſe protendit
s mundi quaternas
fundens æternas.
n tantùm Te irrigavit
s, ſed inundavit:
uam ſicca fuiſti
JESU Chriſti.
n & Tu es [o] Fons ſignatus,
eno maculatus.
is auderet fœdare?
DEI violare?
ns limpidus aquæ vivæ
is nocivæ
Quid amuleto
neno pleno leto?

289. Tu es [q] Puteus aquarum
Viventium, & ſanarum.
[r] Natatoria ſacrata
Siloë, infirmis grata.
290. Tu [s] probatica piſcina
Sanans virtute divinâ.
Gratiarum [t] aquæductus,
Lactis atque mellis ſuctus:
291. Ex Te [u] Bethlehem ciſterna
In ſiti David interna,
Aquæ potum exoptavit;
In [x] prole nata guſtavit.
292. Quin es [y] Abyſſus aquarum;
Plenum [z] mare gratiarum.
Quis ex Te aquam ſitiret,
Et defectum inveniret?
293. In Te malacia ſuavis,
Quam non turbat aura gravis;
[a] Spiritus Domini fertur
Solus: nulla vis infertur.
294. Ipſa' [b] Aura es ſuavè ſpirans
Ad quam iræ' æſtum exſpirans
DEVS ambulans advenit:
Refrigerium invenit.

295. TU ex [c] ſcientiæ ligno
Boni & mali maligno
Bolũ mortis nõ ſumpſiſti;
Neque Te [d] Nudam vidiſti.
296. In medio Paradiſi
[e] Arbor vitæ' es; nec inviſi
Prava colubri ſvadela
Ab hac Te vitæ medela
297. Abſtraxit: quin ſempiternum
[f] (Ut viveres in æternum)
Vitæ fructum manducares:
[g] Lignum vitæ germinares.
298. O [h] fructifera Oliva!
[i] Pingvedine primitivâ
Nunquam priva; ſed abundans:
Et [k] Vnctum orbi exundans.

lex. or. contr. Neſt. b Joan. 5. 35. c Prov. 31. 18. d Luc. 12. 35. e Matth. 25. 4. f Ibid.
r. Dam. h S. Aug. i S. Bern. in Depr. ad V. k Gen. 2. 8 l Cant. 4. 12. m Gen. 3. 24. n
o Cant. 4. 1. p Joan. 4. 14. q Cant. 4. 15. r Joan. 9. 11. s Joan. 5. 1. t Eccl. 24.
Par. 11. 17. x Luc. 2. 4. & 7. y Eccl. 1. 2. z S. Bern. ſer. de B. V. a 1. Gen. 1. 2. b Gen.
Gen. 2. 17. d Gen. 3. 7. e Gen. 2. 9. f Gen. 3. 22. g Apoc. 22. 2. h Pſ. 51. 10. i Jud.
n. 1. 41. Meſſias Chriſtus Græcè, Unctus latinè.

299. [a] Vitis Mater Vitis veræ,
Quæ [b] lætitiæ sinceræ
Succum non deseruisti:
[c] Botrum Cypri protulisti.

300. Vt [d] Platanus exaltata,
Tutelæ ramis armata.
Vt [e] Terebinthus extensa,
Ad medicandum impensa.

301. Tu [f] Cedrus nunquā putrescēs;
[g] Cupressus semper virescens:
Nunquam pressa, maximarum
Tu [h] Palma victoriarum.

302. [i] Laurus triumphi portatrix,
Quia stygis profligatrix:
Fulmen maledictionis
Non timens nec læsionis.

303. [k] IN Diluvio fatali
Cataclysmo generali
Nóé arcam fabricando,
[l] Te signavit figurando.

304. Arca humanæ salutis,
Opus Divinæ virtutis;
Quæ pereuntibus cunctis
Ob peccata vitâ functis

305. [m] Sola absq; culpâ fuisti,
Undas mortis evasisti:
Facta [n] Institoris Navis,
Cui nulla illata vis.

306. Tu [o] Columba ferens lignum
Olivæ virentis; signum
Pacis in terrâ surgentis,
Et mundi reflorescentis.

307. In Terra cadaverosa,
[p] O Columba generosa!
[q] Pes Tuus non requievit;
Et cum corvo stare sprevit.

308. Tu Columba carens felle,
Non seducta; [r] sed ad velle
DEI cor habens paratum;
Rectum duxisti volatum,

309. Ad [s] quiescendum in DEO
Et solo fruendum eo:
In sacra [t] petræ caverna
Periclâ vincēs inferna.

310. O solitaria [u] Turtur,
A quâ procul stygis vultur:
Cujus [x] vox svavis audita,
Dissona nunquam sentita.

311. [y] Sicut passer es erepta,
Nec venantium abrepta
Laqueo, per Christum fracto
[z] Frustra' ante Te reti jacto.

312. Imò [a] Aquila magnarum
Sublime volans [b] alarum
[c] Non obliquè sursum tendens
Sola in Solem intendens.

313. [d] Vnica Phœnix, amoris
[e] Victima' à flammis fervoris
Vitam sumens: [f] pari carens,
[g] Soli sacra: DEO parens.

314. O Nostræ firmitas spei
[h] In Nubibus Arcus
Signum fœderis c
DEUM & terram ligantis.

315. Tu Abrahæ proles vera.
Visa in cœlesti sphærâ;
[i] Absque numero stellarum
Formam gerens lucidarum

316. [k] Semen benedictionis
[l] Per quod maledictionis
Radix à cunctis sublata
Gentibus: gratia data.

317. Tu campus deliciarum
Absque semine natarum.
[m] Omnis fragrantiæ pratum
Austro Spiritûs perflatum.

318. [n] Ager repletus odore,
Benedictionis flore:
Immensum [o] thesaurum celan:
Regnum cœlorum revelans.

a Joan. 15. 1. b Judic. 9. 13. c Cant. 1. 13. d Eccl. 24. 19. e Eccl. 24. 22. f Eccl. 24. 1 h ibid. 15 i Joan. Geom. hy. 2. k Gen. 6. 14. l S. Pet. Damian. or. 1. de dormit. B. V. m Ge n Prov. 31. 14. o Gen. 8. 11. p Cant. 6. 8. q Gen. 8. 9. r Osee 7. 11. s Ps. 54. 7. 2. 14. u Ps. 83. 4. x Cant. 2. 12. y Ps. 123. 7. z Prov. 1. 17. a Ezech. 17. 3. b Apoc. c Ælian. d Aloys. Nov. Vlm. Virg. e l. 4. c. 28. f Aristot. apud Calepin. g Joan. Ravisius. h i Gen. 15. 5. k Gen. 26. 4. l Act. 3. 25. m Chrysip. or. de Deip. n Gen. 27. 27. o Matt

Ipſa incomprehenſarum
heſaurus Divitiarum:
rè à prædonibus
cta infernalibus.
b Tu Scala Jacob immenſa,
errâ' ad cælum protenſa;
ræſentans aſcendentes
elos, & deſcendentes.
Nam noſtra per Te aſcendunt
a: gratiæ deſcendunt,
DEO ſcalæ innixo
quam non Tibi affixo.
O d ſancta Domini via
quam non mala beſtia
rugiens, pollutus
ſivit e ſerpens verſutus.
n qua nunquam f conculcatũ,
g ab avibus levatum
h ſemen verbi DEI,
mmæ i ſemita rei!
Via k inveſtigabilis
l deſiderabilis:
m pulchra, via n recta,
næ vitæ o directa.

Quis Te negabit immunem
A culpa, neq; communem
egem incurriſſe?
ſcit p Moyſen Te vidiſſe
In rubo igne ardenti
um æſtum ſentienti.
viſio Moyſis verè
na, penſanda ſincerè.
Ignis iræ non aduſſit
ivinæ, qui combuſſit
m orbem delinquentem:
ervavit innocentem.
Tu r virga Moyſis ſtupenda
Ægyipto horenda;
ſraëlis protectrix:
s via maris rectrix.

329. t Virga florens Aaronis
Ex omni electionis
Surculus tribu: u Regale
Germen, & x Sacerdotale,
330. y Virga de radice Jeſſe,
z Quæ genti orbis oppreſſæ
Florem Divinum tuliſti:
a Nazarenum edidiſti.
331. In Te nec b originalis
Culpæ nodus; nec letalis
Cortex. c Virga peccatorum
Procul à ſorte juſtorum.
332. Es d virga directionis,
Fauſtæ dominationis;
e Virga regni, f Sceptrum DEI;
Quo g gratiâ dantur rei?
333. Semper honorificatum;
Divinâ dextrâ geſtatum.
Quis hoc de manu levare
Auderet, vel conculcare?

334. IN hac deſerti ærumna
h De die nubis columna;
i Et noctu columna ignis:
Populi ductrix inſignis.
335. O k lucida pluens Juſtum
Nubes! l cœli præbens guſtum;
l Domini gaudens aſcenſu
Abſque gravitatis ſenſu.
336. O Ignis ab igne cinctus
Æterno! m nunquam extinctus
Aquarum multarum mari:
n Semper ardens in altari.
337. o Mons Sinai legem ferens;
p DEUM ſemper in ſe gerens;
Nullo turbine contactus,
Olympi quietem nactus.
338. q Mons, in quo Dominus videt;
Et r immolando arridet
Iſaac parvulo; fauſti
Qui s victima holocauſti.

a S. Joan Dam. or. 2. de Aſſ. b Gen. 28. 12. c Gen. 28. 13. d Iſai. 35. 8. e Gen. 3. 1.
8. 5. g Ibid 12. h Ibid. 1. i Iſai. 26. 7 k Rom. 11. 33. l Cant. 5. 16. m Prov. 3. 17. n
. 10. o Iſai. 35. 8. p Exod 3. 2 q Exod. 3. 3. r Exod. 4. 2. s Exod. 14. 16. t Num. 17. 8.
1. 1. x Luc. 1. 36. y Iſai. 11. 1. z S. Hieron. l. 4. in cap. 11 Iſai. a Matt. 2. 23. Act. 22. 8.
br. teſtibus Clichtov, Hilareto, & Bern de Buſto. c Pſ. 124. 3. d Pſ. 44. 7. e Hebr. 1. 9. f
9. 10. g Eſth. c. 4. 11. n. 8. 4. n. 15. 14. h Exod. 13. 21. i Num. 14. 14. k Iſai. 45. 8. l
. 1. m Cant. 8. 7. n Levit. 6. 12. o Exod. 19. 18. p Deut. 33. 2. q Gen. 22. 14. r Gen. 21.
21. 7.

339. [a] Vertex montium ſupremus
In quo [b] Mons ille poſtremus
Ex petra parva exurgens;
Et ſuper orbem conſurgens:
340. O Felix & ſuave [c] Mane!
Quod irrorat [d] cœli pane:
[e] Manna' Angelicum deſtillans,
[f] Omnem ſaporem inſtillans.
341. [g] Panis de cœlo deſcendens,
[h] Vitam æternam protendens;
Spiritûs' Sancti igne coctus:
Eſt alvo Tuâ excoctus.
342. [i] Ubi ſunt theſauri nivis?
In Te ſunt palàm cuivis;
Quæ [k] candidior es nive:
O puri candoris rive!

343. [l] ARca novi teſtamenti
Et gratiæ monumenti,
[m] Arca fœderis æterni,
Nexûs cum DEO interni.
344. [n] Ex lignis Sethim confecta,
Et auro puro contecta,
Ubi nulla corruptela,
Ibi' integrum in ſequela.
345. Purum aurum falſitatis
Nil admittit, puritatis
Decus augmentans in igne:
Tui amoris inſigne.
346. In Te non [o] tabulæ' è petra,
Nec manna cadens ex æthra;
Nec virga præciſa' à cigno:
Sed [p] DEUS in carnis ſigno.
347. O [q] Sanctificationis
DEI Arca plena donis!
[r] A Philiſthæis non capta,
Nec cum [s] Dagon ſtare apta.
348. Quam [t] videre Bethſamitæ
Non digni, exſortes vitæ:
Sed domui [u] benedicens
David: [x] Ozam interdicens.

349. Tu [y] DEI Sanctuarium,
Et [z] Propitiatorium.
Tu [a] Sanctum Sanctorum laten[s],
Soli [b] ſummo Myſtæ patens.
350. Tu DEI [c] Tabernaculum
Cum hominibus, patulum
[d] Teſtimonii æterni.
Procul hinc ſedes Averni.
351. Cùm eſſent [e] cuncta perfecta,
Tunc Nubes DEI ſelecta
Tabernaculum contexit,
Gloriâ ſuâ protexit.
352. [f] Corpus & anima Tua
In perfectione ſua
Unionem dum fecerunt,
DEUM in ſe receperunt.

353. [g] AUreum Tu Candelabr[um]
Cui ſeptuplex eſt [...]bit
[h] Igne ter lucido ſplendens
Omnibus lucem impendens.
354. Tu ſummi [i] rationale
Pontificis es legale.
[k] Omnis lapis pretioſus,
Abſque nævo ſpecioſus;
355. Eſt [l] Tuum operimentum:
Gloriæ DEI augmentum!
[m] Contumeliæ nullius
Vas, ſed honoris totius.
356. [n] Thymiamatis Altare;
Quæ DEO ſacrificare
Te ſolita, extitiſti
Semper [o] bonus odor Chriſti.
357. [p] Balſamum non miſtum,
[q] Aromatizans per Chriſtum;
Mirrhæ electæ odore;
Cum cinnamomi vapore.
358. [r] Sacrificij pingvedo,
Et holocauſti dulcedo.
[s] Petra melle verbi fluens,
Nectare divino pluens.

a Iſai. 2. 2. b Dan. 2. 35. c Ex. 16. 15. d Pſ. 104. 40. e Pſ 77. 24. f Sap. 16. 20. g Joa[n. 6.] 5[1].
h Ibid. 59. i Job. 38. 22. k S. Hier. in ſerm. l Apoc. 11. 19. Jer. 13. 31. Hebr. 8. 12. m Num. [1]0.
33. Eccleſ. in Lit. n Exod. 25. 10. o Hebr. 9. 4. p Joan. 1. 14. q Pſ. 131. 8. r 1. Reg. 4. 11. s 1. [R]eg.
5. 4. t 1 Reg. 6. 19. u 2 Reg. 6. 17. x 2. Reg. 6. 7. y Exod. 25. 8. z Exod. 25. 17. a Heb. 9.
4. b Ibid. 7. c Apoc. 21. d Exod. 40. 3. e Exod. 40. 32. f S. Thom. 3. p. q. 27. a. 2. g Exo[d.] 25.
31. h S. Epiph. de l. Deip. Mat. 5. 15. i Exod. 28. 15. k Ibid. 17. l Ezech. 28. 13. m Rom. 9. 21.
n Ex. 30. 1. o 2. Cor. 2. 15. p Eccli. 24. 21. q Ibid. 20. r Method. or. de Hipap. s Exod. 1[7]. 6.
Pſ. 80. 17.

Vellus Gedeonis verum,
: mel fluxit sincerum
: pòst omni fideli
lifflui facti cæli.
Tu dulcis [c] favus Samsonis,
otus ex ore leonis.
omnis dulcitudo,
ulla' amaritudo.

TU [d] Sapientiæ grata
Domus, ab ipsa formata;
ter ædificata:
m columnis fundata.
Nam gratiâ [e] Septenorum
ûs Sancti donorum
ans: maligno & tristi
ui restitisti.
Thronus veri Salomonis,
nen dominationis,
tatem dignitatis
ens, & sublimitatis.
Quis sedere nationum
umeret supra thronum?
involare [g] ferculum?
temerare lectulum?
Divini Verbi conclave,
inatorium suave:
derata [i] requies
mprehensi DEI es.
Hanc quis auderet turbare?
tem interpellare?
m [k] Spiritus DEI' iratus
omine detestatus
Olim: primùm in Te cæpit,
[l] Tuam carnem suscepit:
halame puritatis!
riclinium Trinitatis!
[n] Officina naturarum
sese unitarum,
mmi Regis palatium:
[p] gazophilacium.

369. Hic DEI Sapientia
Duo [a] minuta grandia
Collocavit eximia;
Nulli prædæ obnoxia.
370. [b] Solium Gloriæ DEI
Soli consecratum ei;
[c] Excelsum & elevatum:
Ab inferis segregatum.
371. [d] Tu speculum DEI rarum,
Et absque maculâ clarum.
[e] O imago bonitatis
Ipsius, & sanctitatis!

372. [f] TU Lilium inter spinas
[g] Recreans nares Divinas
Intactum & illibatum:
Ipsi Trinitati satum.
373. Pulchra [h] sine spinis Rosa,
Regina Florum formosa.
Sollequium DEI-forme,
Cordi Divino conforme.
374. [i] Viola non violata,
A pruina non vastata;
Fragrantissimum odorem
Spirans: cœli dans colorem.
375. [k] Flos de spinis carens spinâ,
[l] Flos florum; planta Divina
[m] Et cunctis pretiosior;
Et universis sanctior.
376. Verus [n] incorruptionis
Flos cælestis sationis;
[o] Flos vitæ immaculatus,
[p] Immortalitati satus.

377. Concha [q] maximi formatrix
Vnionis, & servatrix
Rore Divino fœcunda
Non infecta' à maris undâ;
378. Quin es [r] Gemma pretiosa
In ortu quàm speciosa!
De rore Cœli nasceris,
Et rore Cœli pasceris.

6. 37. b Eccles. in Resp. c Jud. 14. 8. d Prov. 9. 1. e Isai. 11. 2. & 3. f 3 Reg. 10. 18. em 9. h Granat. in Ros. i Ps. 131. 14. k Gen. 6. 3. l Galat. 4. 4. m S. Petr. M. ser. de Assump. n S. Procl. or. de Nativ. o S. Chrysost. p S. P. Dam. s. 2. de Nativ. a Marc. 12. 42. b in Litan. 6. 1. d Sap. 7. 26. e Ibid. f Cant. 2. 2. g S. Joan. Damasc. orat. 1. de Nat. h S. B. in Laud. V. in Enchir. k Adam de S. Vict. l S. Bon. in laud. V. m S. Bern. s. 2. de Adv. n And. Cret. or. 2. o Greg. Neoc. or. 1. de Annunt. p Buteo in hym. q Hymn. Gr. apud Bur. p. 128 r Ric. L. l. 6. de la V.

379. Ros hic cælestis gratiæ,
Te replens sine satie,
Ut [a] margaritam generat;
Quam nullum salum temerat.

380. UNicum [b] cæli & terræ
Delicium, DEUM ferre
Cunctis prompta; quem tulisti
Semper: semper possedisti.

381. Ab [c] Angelis æstimata,
[d] Patriarchis expectata,
[e] Prophetis desiderata,
[f] Apostolis prædicata,

382. [g] Martyribus honorata,
[h] Confessoribus laudata,
[i] Virginibus imitata,
A [k] cunctis Sanctis amata.

383. Quæ ut [l] Judith Holofernis
Inferi caput prosternis,
Ut [m] Esther salvas à portis
Populum decretæ mortis.

384. [n] O Hierusalem gloria!
O Honorificentia
Populi DEI! orcinas
Cæli restaurans ruinas.

385. Tibi jus maternitatis,
Et primatum dignitatis
Cedit [o] Eva mater prima
Viventium, non opima.

386. Tibi jus promissionis
Omnis benedictionis
Cedit [p] sacra mater prima
Credentium; ad Te ima.

387. [q] Rebecca fæcunditatem,
Pulchra [r] Rachel venustatem,
[s] Maria claritudinem,
[t] Debora fortitudinem,

388. [u] Ruth magnam humilitatem,
[x] Anna veram pietatem,
[y] Abigail prudentiam,
[z] Esther obedientiam,

389. [a] Judith magnanimitatem
Et [b] Susanna castitatem
Tuis pedibus substernunt;
Et se cernuas prosternunt.

390. Tu es Orbis compendium
[c] Seculorum negotium;
[d] Novum super terram mirum:
Fæmina circumdans virum.

391. [e] Manus DEI quod creavit
Per Te, de Te recreavit!
O medium sospitatis,
Salus Universitatis!

392. [f] O Mater dilectionis
Pulchræ, ac agniti[onis]
Sanctæ spei, & tim[oris]
Virgo [g] perfecti decoris.

393. Qui [h] lumen ut vestiment[um]
Induit, hic tegumentum
[i] Ex Te sumpsit, quæ es supern[i]
Purpura Regis æterni.

394. O [k] Decoris indumentum
Virtutis paludamentum;
Nullam [l] habens vetustatem;
[m] Nostram tegens nuditatem.

395. [n] Tu Divinissima charta
Virginea, cælo parta
Membrana; omnem candorem
Præteferens, & nitorem.

396. Es [o] Volumen novæ legis;
[p] Liber vitæ cæli Regis;
[q] Non subjacens interdicto:
Nam liber à maledicto.

397. Non hic mendum subintra[vit],
Nec erratum se monstravit,
Ubi nulla est litura,
Nullâ opus correcturâ.

398. [r] Sacri Pneumatis impressu[s]
Prælo: procul hinc excessus,
[s] Verbo Divino inscriptus,
[t] Intus, foris circumscriptus;

a S. Cyril. Al. hom. contr. Nestor. b Rupert Ab. c Regina Angel. d Reg. Patriar. e Reg. Proph. f Re[g.] Apostol. g Reg. Mart. h Reg. Conf. i Reg. Virg. k Reg. SS. Omnium. Eccles. in Lit. l Judith. 13. m Esth. 8. 5. n Judith. 15 11. o Gen. 3. 20. p Hebr. 11. 11. q Gen. 25. 24. r Gen. 29. 17. s 15. 20. t Jud. 4. 4 u Ruth. 2. 13. x 1. Reg. 1. 11. y 1. Reg. 25. 32. z Est. 4. 14. a Judith 13 b Dan. 13. 23. c S. Bern. s. 2 de Pent. d Jerem. 31. 22. e S. Bern. f Eccli. 24. 24. g Ezech. h Ps. 103. 2. i S Epiph. Or. de Laud. Deip. k Ps. 92. 1. l Coloss. 3. 9. m Gen. 3. 7. n S. Ephre[m] Laud. V. o S. And. Cret. or. de Assump. p Eccli 24. 32. p Rich. Laur. l. 9. r And. Cret. or. 2. de s S. Ant. p. 4. tit. 15. c. 5. t Ezech. 2. 9.

[a] Manu DEI locatus,
râ ſemper firmatus;
ſignis obvolutus:
gno ſolo ſolutus.
O Deitatis [c] pupilla!
nitatis [d] mammilla!
s pupillam tangere?
s mammillam angere?
œli & terræ ocelle,
ınctæ cedunt ſtellæ.
nullo conſtans felle,
cor domans rebelle.
Cor, Divini delicium
, Humani' illicium;
ıam culpâ' [e] anguſtiatum:
r DEO [f] dilatatum.
Collum Eccleſiam nectens,
ti membra implectens.
quis illud ſeparare
, aut jugo gravare?
4. Es [k] Turris David ſublimis,
ilibus cincta primis,
gnaculis munita;
prævidens ignita
5. inimici, ac repellens:
a DEI præcellens,
a vincens murorum,
perans cœlorum.
6. Quin es [n] Eccleſiæ murus,
m turre ſecurus,
o pacem coram DEO
reperiſti reo.
7. Tu Clypeus ſperantium
levamen omnium.
naxima fiducia!
cunque anguſtia!
8. Anchora in tempeſtate,
in adverſitate
n infirmitate:
in mortalitate.

409. Promontorium ſalutis
In locis maris non tutis.
De morte omnes traducens
[s] Pons, & ad vitam deducens.
[t] 410. Clavis aurea gemmata,
Foribus cœli ſacrata.
[u] Pervia cœli feneſtra,
A [x] mortis tuta palæſtra.
411. O [y] Porta Orientalis,
Non tacta occaſûs malis!
[z] Puriſſima DEI forma,
Rectiſſima vitæ norma.
412. [a] Omnium radix bonorum,
Omnium expers malorum;
[b] Omnia in DEO nacta:
[c] Omnibus Omnia facta.

413. Tibi ergo Heroinæ,
Cœli & Terræ Reginæ;
A DEO, [d] Virtus, Claritas,
Fortitudo, & Sanctitas:
414. A tota rerum natura,
Univerſa creatura
[e] Laus, Honor, Benedictio,
Et Gratiarum actio.
415. [f] Ave, quæ immunis à Væ
Culpæ jugum Adæ grave
Non gerens, orta; ſalutem
Ferens per [g] DEI virtutem.
416. [h] O MARIA dulciſſima;
[i] MARA ſed amariſſima
In Filij Paſſione,
Et [k] Mortis ejus agone.
417. [l] Nigra ex doloris luctu,
Solis obſcurati ductu;
[m] Nigra, ſed ſemper formoſa:
Quia' amore gratioſa.
418. Fuiſti tamen parata,
Et liberè reſignata
Mortem Filii litare:
Redemptioni ſacrare.

5. 1. b Ibid. 9. c Zach. 2. 8. d S. Bon. in Lit e 2. Cor. 4. 8. f Iſai. 60. 5. g Ric.
2. & 5. h Ephes. 4. 15. i 1. Cor. 12. 12. k Cant. 4. 4. l Cant. 1. 9. m Ephes. 6. 16.
8. 10. o Prov. 30. 5. p S. Bern. ſ. de Nat. B. V. q Buteo in Floril. r Eccl. in Antiph.
Hym. Gr. ap. But. t Bloſ. in Prec. u S. Fulgent. ſ. de lau. V. x Ierem. 9. 21. y Ezech.
S. Aug. ſ. de Aſſ. a Chryſip. Or. de Deip. b 1. Cor. 9. 23. c S. Bern. ſup. hym. Mag.
7. 12. e Ibid f Luc. 1. 28. g Gabriel fortitudo Dei. h Luc. 1. 27. i Ruth. 1. 20.
19. 25. l Cant. 1. 5. m Cant. 1. 4.

419. Quin & [a] Mortem assumpsisti
Tuam, morti univisti
Filii; DEO' offerendo:
Mundi saluti tradendo.

420. Hinc rité participâsti
Plùs quàm omnes: asportâsti
Jus puræ conceptionis,
Sanctæ generationis.

421. [b] Ave ô gratiâ plena!
Non defuit unquam vena
Gratiæ Divinæ Tibi;
Quam DEUS elegit sibi.

422. Nam & Tu [c] optimam partem
Sanctam benè noscens artem;
Præ omnibus elegisti
Esse [d] VIRGO MATER CHRISTI.

423. [e] Dominus Tecum supernûm,
Ab æterno in æternum:
Nec à Te unquam recessit,
Sed semper Tecum processit.

424. Ave ô ter benedicta
In mulieribus! dicta
Ab [f] Angelo nuntiante,
[g] Elisabeth salutante;

425. [h] Et Muliere exclamante:
Te Beatam prædicante,
Quoad ventrem quo portâsti,
Et ubera queïs lactâsti

426. DEI [i] Verbum Incarnatum
In Te, Orbi, [k] ex Te natum,
A Te semper adamatum,
[l] Auditum & conservatum.

427. [m] Et hic ventris Tui fructus
[n] Benedictus, per quem ructus
[o] Inferno fuit causatus:
[p] Morsus per morsum sublatus.

428. Hic Te minimè afflixit,
Nam Te fructus benedixit
Vitæ in Te implantatus:
[q] Fructum mortis execratus.

Inde jure DEO grata
429. Toto corde animata
[r] Dominum magnificâsti
Et in DEO exultâsti.

430. Nam hic DEUS salutaris
Fuit TUUS singularis:
Cûi TE totam consecrâsti,
Ac integrè dedicâsti;

431. [s] In voto virginitatis
Et actu humilitatis.
Hinc Tuam formam dilexit
[t] Humilitatem respexit;

432. Ut Virginem Te complexus
Ut Ancillæ Tibi' innexus
A culpa Te præservavit:
Salute suâ beavit.

433. Nam nullatenùs admisit
[u] Dominus, neque permisit
Te suam coinquinari
Ancillam; in probrum dari.

434. [x] Ex hoc Ecce nationes,
Omnes generationes
Te dicunt semper Beatam,
Et semper Immaculatam.

435. [y] Qui potens est, magna fecit
Tibi, Te quando effecit
In ortu puram. Et nomen
Ejus Sanctum: verum omen

436. De Te: quia Salvatorem
Virgo paris præter morem:
Jesum a DEO [z] Virtutem
[a] Tibi factum in salutem.

437. Num orco Te permitteret
Corrumpi; qui procederet
Ex Te in nativitate
Cum Tuâ integritate?

438. [b] Ejus misericordia,
In se timentes gratia
A progenie descendit,
In progenies ascendit.

a *Pelbart. in Stellar.* b *Luc.* 1. 28. c *Luc.* 10. 42. d *Luc.* 1. 34. e *Luc. ut sup.* f *Luc.*
g *Luc.* 1. 42. h *Luc.* 11. 27. i *Joan.* 1. 14. k *Luc.* 2. 7. l *Luc.* 11. 28. m *Luc.* 2. 1
Luc. 1. 42. o *Gen.* 3. 6. p *Oseæ* 13. 14. q *Gen.* 3. 12. r *Luc.* 1. 47. s *Luc.* 1.
Luc. 1. 43. u *Jud.* 13. 20. x *Luc.* 1. 48. y *Ibid.* 49. z 1. *Cor.* 1. 24. a *Ps.* 117.
b *Luc.* 1. 50.

Quidni Te’ erga genitricem
ricors? adjutricem
teram Tibi porrexit,
e caderes prospexit.

, Imò dedit hanc gratiam
i Matri; potentiam
rachio suo fecit:
os in orcum jecit.

DEUS mente cordis sui
ersit superbos: Tui
nor in conceptione,
prædestinatione.

. Deposuit præsumentes
sede sua potentes:
Te suâ sede purâ
pans eorum jura.

, Dixit impius: ascendam,
um DEI conscendam.
ulsus est ad infernum,
gnem pulsus æternum.

Sed humilem Te’ exaltavit,
ipsum præoccupavit
nium DEI extentum,
ori Tuo intentum.

. Te’ [b] esurientem replevit
s; se ipso implevit
mper desiderantem,
semper anhelantem.

[c] Divites mundi Rectores,
nebrarum Ductores,
nisit possessionum
s & nationum.

Puerum suum suscepit
, ex quo incepit
misericordiæ
rdari; miseriæ
Patrocinari humanæ:
locutus est sanè
nam; atque semini,
n sæculâ germini;

449 SEd Tibi locutus est primò]
Ante Patres; quibus imò
Te appromisit venturam,
f Virginem Matrem futuram;

450. Emmanuelem daturam
Orbi castè parituram,
Qui sciat bonum probare,
Atque malum reprobare.

451. Nonne bonum approbavit
In Te: malum reprobavit?
Malum culpæ præcavendo,
Bonum gratiæ præbendo.

452. *g* Ante omnes colles mundi
(Hi Patriarchæ fœcundi)
Jam Tu parturiebaris;
Præ illis ordinabaris.

453 Ibi tunc jam Te suscepit,
Et in sua Te recepit:
Placens cùm esses parvula
Et puritatis æmula.

454.. Tunc præcepit, Tibi dixit
i DEUS; hanc legem indixit.
k In Jacob hæreditare,
[Est dæmonem supplantare.]

455. In Israel hæreditare;
(Est DEUM videre claré)
In Electis radicare:
(Est Prælectam monstrare.

456. Inde Angelus prædixit,
l In domo Jacob edixit
Natum Tuum regnaturum
In æternum duraturum.

457. *m* Cur non in Abrahæ domo
Sive *n* David, DEUS Homo
Regnabit; qui huius nati
Promissione donati?

458. Nempe opus principale
Christi, atque speciale
Erat, Satan supplantare;
Qui *o* calcaneo parare

4. 14. b *Luc.* 1. 53. c *Eph.* 6 12. d *Luc.* 1. 53. e *Ibid.* 55. f *Isai.* 7. 14. g *Pr.* 8. 25
24. 12. k *Ibid.* 13. l *Luc.* 1. 32. m *Gen.* 22. 18. n *Ps.* 131. 12. o *Gen.* 3. 15.

459. Insidias procurabat
Ortûs Tui: Christus dabat
Tibi robur hunc premendi;
Caput ejus conterendi:
460. Scilicet originale
Peccatum; quod est reale
Aliorum peccatorum
Caput: origo cunctorum.
461. [a] Adam in damnatione
Christus in salvatione
Non soli: in hac erant via
Ibi Eva, hìc MARIA.
462. Illa in malum adjutrix;
Hæc ad bonum coadjutrix,
[b] Auctrix culpæ' Eva non pia
Auctrix meriti MARIA.
463. Et hæc mundi [c] Reparatrix
[d] Advocata, Mediatrix;
[e] Quî consors perditionis,
Particeps destructionis?
464. Nunquam ingressa damnati
In consortium peccati.

[f] MAgna orbis Imperatrix,
[g] Mundi Reconciliatrix:
465. Fac ut Tuam puritatem,
A peccato libertatem
Agnoscat cultor non vanus
Totus orbis Christianus.
466. [h] Tu enim hâc sanctitate
Nites & integritate;
Quâ sub DEO possideri
Nequit major nec videri.
467. [i] De Te quidquid cogitavi
Quod dixi & exaravi,
Minor laus esse censetur,
Quàm Tuus honor meretur.
468. [k] Sic quicunq; gloriosa
Dixerit & pretiosa
De Te: non à veritate
Errabit, & dignitate.

469. [l] Quidquid verâ ratione
Melius, in discussione
Occurrit; credo fecisse
DEUM in Te' & perfecisse.
470. [m] Hoc scio, quòd potenti
DEI & sapientia
Creare Te digniorem
Matrem nequit, nec majorem.
471. [n] Splendor Paternæ glori
[o] Candor maternæ gratiæ
In Cœlis ex summo Patre,
In Terris ex summa Matre;
472. [p] A Patre Unigenitus,
A Matre [q] Primogenitus,
Illìc summè gloriosus,
Isthìc summè gratiosus:
473. Tantus natus tantum Patr
Habens, tantam sibi Matrem
[r] Assumpsit, quâ nil dignius,
Nil in mundo perfectius.
474. Tu quæ in cœlis es Mat
Nostra: Nam sic Christus [s] Frat
Per Te Noster ordinavit,
Te Nobis Matrem donavit
475. In [t] Joanne assignando
Nos in filios sacrando
Tibi: ô utinam veros
Obsequentes & sinceros.
476. Tu inquam ô Nostra Mat
Fac: ut [u] qui' in cœlis est Pater
[x] Nos in filios adoptet,
Et in hæredes cooptet.
477. Ut nati Patrem sequamur,
Ejus natum exequamur;
Et [y] Nomen sanctificemus:
Et [z] Regnum desideremus.
478. Te nemo sanctificavit
Magis, & glorificavit
Nomen DEI: exoptavit
Regnum ejus, & gustavit.

a S. Bern. super sig. Mag. b S. Aug. ser. de Ann. c S. Casim. in Hymn. d Eccl. in Salve. e
Epiph. Or. de Lau. V. f S. Bon. in Sp. c. 3. g S. Ephr. in L. V. h S. Ans. s. de Conc. V. c 1.
i S. Aug. k S. Basil. l S. Aug. l. 3. de lib. arb. c. 5. m S. Th. 1. q. 25. a. 6. n Hebr. 1. 3.
Sap. 7. 26. p Joan. 1. 14. q Luc. 2. 7. r S. Pet. Dam. s. de Nat. M. s Hebr. 2. 11. t Joa.
19. 26. u Matth. 6. 9. x Rom. 8. 17. y Matth. 6. 10. z Luc. 11. 2.

inc Te DEUS consecravit,
sanctificavit;
um Te suum creavit:
in Te culpa regnavit.

Sic fiat ejus in solo
tas, ut sit in polo.
Tu conformis fuisti,
hanc adimpleyisti.

uidni hæc vicissim Tuum
fecit ut TU Suum?
fuit ut esses pura
e macula obscura.

Da panem quotidianum,
Gratiæ Arcanum
o DEO attento;
: omni momento.

Pasce e verbo vitæ mentes
t opere potentes.
panem cœli vitalem,
cramento realem.

Hoc Tu semper pasta cibo,
Divinæ mensæ libo,
rfectum excrevisti;
n mortis exclusisti.

Tu quæ nihil excessisti,
veniâ eguisti;
sine delinquentia,
ibsque pœnitentia:

h Mater misericordiæ
tra donum veniæ.
peccatoribus ora
c & tunc in mortis hora.

k Sicut & debitoribus
tra nos delinquentibus
dimittimus sinceré:
nobis dimittat verè.

O l Asylum peccatorum!
ivitas refugorum!
culpæ det plenariam
œnæ indulgentiam.

n O Virgo á labe pura
nducamur procura
llam tentationem
onis suggestionem;

490. o Quæ Te non tetigit unquam.
Procul à Te Satan; nunquam
Ut tentaret, se immisit:
Nam hoc DEUS non permisit.

491. Quin in Te ut Summum Bonum
Residens, TIBI hoc donum
Dedit: quod TE præservârit,
Omni malo liberarit.

492. Et TU nos defensionis
Scuto, ac protectionis,
p Ab omni malo sejunge;
Et Summo bono conjunge.

---

493 HIc laudum Tuarum finis,
Quas q ego pulvis & cinis
Honori Tuo dicavi,
Ortui puro sacravi.

494. r Oculi Tui imperfectum
s Meum viderunt, electum
DEI Vas, integritate
Tuâ supple' & bonitate.

495. Si quid erratum, corrige,
Si quid languidum, surrige;
Si quid non rectum, dirige:
Si quid depressum, erige.

496. Rogo TE per instans vitæ
Cum DEO puré initæ,
t Mater gratiæ memento
Mei in ultimo momento:

497. A quo pendet æternitas,
Immensa sempiternitas;
u Vel bona salvationis:
Vel mala damnationis.

498. Animam redde capacem
Ad x gratiam efficacem.
O Tabula naufragorum!
y Bonus portus salvandorum.

499. Mihi' in agone mortali
Adsis z gratia finali,
Omnis Virgo puritatis,
Summæ Mater sanctitatis

500. Da munditiem sectari
Tuam, semper æmulari:
a Quæ nos ad DEUM videndum
Perducat, Tecum fruendum.

c. 5. 10. b Rom. 6. 12. c Matth. 6. 10. d Luc. 11. 3 e Matth. 4. 4. f Ps. 24. g ... rn. s. de Ass. B. V. h Eccl. in Hym. i Eccl. in Ave Maria. k Matth. 6. 12. l S. Bern in Sp. ... m S. Ephr. s. de Laud. B. V. o Matth. 6. 12. o Orig. Hom. 1. pe Deip. p Matth. 6. 13. ... n. 18. 27. r Esth. 13. 16. s Act. 9. 15. t Eccl. in Hym. u Matth. 46. x S. Th. 1. 2 ... 12. a. 2. ad 2. V. Gonet. de gra. c. 10. y S. Ephr. in L. Vir. y V. S. Th. 1. 2. q. 114. a. 9. ad 11. a Matth. 5. 8.

N. Omnes Vocales in fine & principio sibi similes elisione jungendæ iu unam Syllabam, præter Num. 12. 1. vers. Num. 99. 3. vers. & num. 242. 13. vers. ob Textum Scripturæ non mutandum.

ELENCHUS

Rerum in his Rhytmis contentarum.

Finis